

Band III., Nr. 777, Seite 268

Bischof Hermann von Würzburg bestätigt den Vergleich zwischen dem Abt Gottfried und dessen Konvente in Schöntal, einerseits, und dem Pleban zu Sindringen, andererseits, über die Verzehntung des Hofes Eselsdorf.

Ohne Ortsangabe, 1230. Nach Juni 30.¹

(Chr.) In nomine sancte et individue trinitatis. Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat et pereat, cuncta que rationis ac pacis ordine statuuntur in evum permanenda, necesse est litterarum apicibus perhennari. Noverit igitur tam presens etas quam successura posteritas, quod controversia diu agitata inter dominum Godefridum abbatem et conventum in Sconendal, ex una parte, et dominum Sifridum plebanum [de] Siudringen, ex altera parte, super decimatione cuiusdam curtis, nomine Eselesdorf, consilio tandem virorum prudentium secundum formam subiectam est sopita. Dominus autem abbas et fratres in Sconendal, privilegiorum suorum libertate postposita, mediantibus simul et intervenientibus utriusque partis amicis, potissimumque domino Cŷnrado de Winesberc, investitore prefate ecclesie Sindringen, cum supradicto plebano perpetue dilectionis gratia amicabiliter duxere componendum. Que compositio talis est dictata et ab utraque parte firmata: ut pro cunctis que ad prelibatam curtim in presentiarum attinent ipsi plebano annuatim VIII maltra silliginis, IX spelte, IX avene usque ad festum Michaelis, et dimidia carrada vini ex eadem curti persolventur; hoc addito, ut si quo anno tanta fuerit vini sterilitas, ut hec dimidia carrada ibidem ei persolvi non possit, sequenti anno integra ei carrada, et sic de annis reliquis persolvatur. Quod factum, utpote pacis ac discretionis plenum, ego, dei gratia Hermannus Erbipolensis episcopus, confirmo et, ut perpetuo stabile et inconvulsum tam a sepe dicto plebano quam a suis successoribus observetur, presentem paginam sigilli mei impressione studui roborare.

 Huius rei testes sunt: Otto prepositus, Fridericus cantor, Heinricus custos, Godefridus archidiaconus de Sweigeren, Sifridus de Lapide², Walterus de Tannenberc³, canonici maioris ecclesie Erbipolensis, Ramboldus de Novo Monasterio, Sifridus plebanus in Zolme⁴, dominus Godefridus abbas, Iohannes prior in Sconendal, Wolframus de Cotesbul, Swigerus de Robach, Richalmus Hako, milites, et ceteri quam plures.

 Actum anno gratie M^o. CC^o. XXX^o., indictione III^a.

¹Vgl. Rep. HStA Stuttgart B 503 I.

²Stein am Kocher, Neuenstadt am Kocher, HN ?

³Schwerlich die Burg Tannenberg auf Hessen-Darmstädter Gebiet, sondern eine abgegangene dieses Namens in größerer Nähe.

⁴Neckarsulm, HN.



Der Textabdruck folgt dem Original.

 Das Siegel ist verloren.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 503 I U 394

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Hermann I.; Bischof von Würzburg

Ortsindex:

Eselsdorf Wüstung (22044)
 Eselsdorf, Zweiflingen, KÜN, W
 Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)
 Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN
 Kottspiel Wohnplatz (2771)
 Kottspiel, Bühlertann, SHA
 Neckarsulm Wohnplatz (2106)
 Neckarsulm, HN
 Rappach Wohnplatz (2357)
 Rappach, Bretzfeld, KÜN
 Schweigern Wohnplatz (3687)
 Schweigern, Boxberg, TBB
 Sindringen Wohnplatz (2392)
 Sindringen, Forchtenberg, KÜN
 Stein am Kocher Wohnplatz (2141)
 Stein am Kocher, Neuenstadt am Kocher, HN
 Tannenberg (Regierungsbezirk)
 Tannenberg, Seeheim-Jugenheim, DA
 Weinsberg Wohnplatz (2238)
 Weinsberg, HN
 Würzburg, WÜ